



17/21

1760.  
METHODVM SCIENTIFICAM  
ADDISCENDAE  
LINGVAE HEBRAICAE  
ESSE VIAM FACILLIMAM NEC NON OPTIMAM,  
PROBAT,  
ATQVE

VIROS

GENEROSISSIMOS SVMME REVE-  
RENDOS, PRAENOBILISSIMOS, CON-  
SVLTISSIMOS AMPLISSIMOS

SCHOLAE NOSTRAE MAECENATES ATQVE  
ANTISTITES HONORATISSIMOS,  
PARITER ATQVE

OMNES MV SARVM FAVTORES ATQVE  
AMICOS SPECTATISSIMOS

AD

EXAMEN ANNVVM

QVOD CLASSIS SECVNDAE DISCIPVLI SVBIBVNT  
DIE XXV. MART. M DCC LX. HOR. MAT. 9.—12.

*HVMANISSIME INVITAT*

IOANNES AVGVSTVS MILLING,  
CONR.

---

COTHENI,  
LITTERIS SCHOENDORFIANIS.

METHODVM SCIENTIFICAM  
AD  
LINGVAE HEBRAICAE  
HABERE VIAM FACILISSIMAM NON OPTIMAM  
PROBAT  
ALGVS

# VIRVS

GENEROSISSIMOS SVMMERERE  
RENDOS PRACIPUOSISSIMOS CON-  
SULSISIMOS AMPLISSIMOS  
SCHOLAE NOSTRAE FACULTATIS ALGVS  
VNIUSITATIS HONORARISSIMOS  
PARKER ALGVS  
OMNES MVSAK VM PAVTORES ALGVS  
AMICOS STEPARISSIMOS  
AD

EXAMEN ANNVVM  
QVOD CLAVIS SECVNDAE RESCVLVA SVBIVIT  
DE KEMMART N D CIE BOMMARTS  
UNIVERSITATE VNIUSITATIS  
IOANNES AVGVSTVS MILLING  
COSE

---

COLLEGIUM  
LITERARVM SCIENTIFICARVM





## SECTIO PRIMA.

### §. I.



uibus a puero iam instruimur linguae, varia memoriae nostrae, non dicam iudicio, traduntur forma. Hilari mox nobis arident facie; breuique post iam corrugata nos deterrent fronte, eaque tristissima. Nescio enim, qui saepius euenire solet, vt satis absconditum ipsarum atrium vix ingressi, iam tot premamur difficultatibus viisque vagemur adeo infestis, vt ad exitum paene iterum regredi nequeamus. Testem habemus experientiam. Inde etiam exorta querela videtur de nimia difficultate linguarum in primis ex Oriente ad nos profectarum. Quam, licet minus aequam iudicemus; tamen aperte fateamur oportet, subinde & illas suos pati manes; quum tamen, potissimum ab Ebraea lingua Oraculorum sacrorum dependeat intelligentia. Quenam vero in causa sunt? Quenam sunt obstacula, quo minus plures, eo quo sperant, progrediantur tramite; qui alias tamen linguae addiscendae haud minorem nauant operam? Certissime non linguam ipsam; sed potius methodum, qua docentur, incultam confusamque, & nimis prolixam, iis obstare, iudicamus. Namque extrinsecus

alicunde quæſita & profecta; non ex ipsis linguæ viſceribus querela videtur defumta. Quibus præterea haud raro accedit ipſe docens, illarum non bene gnarus; niſi, ſi DEO placet, penitus expers. Nonne vero exinde ſatis deformepariatur portentum eſt neceſſe? Quare quasdam animaduersiones, Hebraicam præfertim linguam, ſpectantes, in medium proferre, animus eſt; quæ, noſtro quidem iudicio, viam, diſcendi Grammaticam hebraicam multo reddunt faciliorem atque iucundioſam.

§. 2.

Ac primo quidem loco ponimus, omnes regulas in præceptis hebraicis obuias eſſe debere clarioſes perſpicuasque. Claritas enim regularum non facilius ſolum ſe animis inſinuat, ſed cauet etiam languorem atque deſidium. Quum e contra obſcuritas feruorem exortum debilitet quid? quod paulatim ſupprimat. Quare merito ac iure a Grammatico poſtulatur, vt ſit clarior in præſcribendis regulis ſuis.

§. 3.

Parè deinde cum ea ambulat gradu omnium bonarum artium mater, ordo. Qui ſi non adſit, ne vlla quidem oriri poteſt methodus; nedum ſperata exinde hauriri utilitas. Cognitio enim noſtra præceps quaſi agitur in labyrinthum, vbi ſarraginem miſcellamque regularum oberrat ſaſcuditque, nec tamen notabiliter emendatur. Niſi etiam naturæ magis conſentaneum, nihil congruere videtur, quam ſi natiuum ipſius imitamur ordinem. Facili tunc gradu a minori ad maius, a difficiliore ad facilius penetramus ac tranſcendimus; vſque dum omnem emenſi ſumus ambitum. Maior itaque ordo ſumme neceſſarius

rius, vti in omnibus artibus ; ita præcipue est in Grammatica ; ne ea seiungamus, quæ tamen amica connectuntur harmonia : siquidem nihil magis succurrit memoriæ, quam aptus rerum nexus. Hic vero, quomodo obtinetur, nisi ea solent præmitti, quibus sequentia possunt suffulciri ? Magnum igitur secum fert emolumentum, si regulas adstruimus, quæ quasi reliquarum omnium fundamentum sunt considerandæ ; & sine quibus reliquæ intelligi nequeunt. Quo ergo regulæ sunt clariores ; quo magis perspicuæ, quo in maiore ordine & nexu : eo melior, eo facilior est Grammatica.

§. 4.

Porro requirimus, ne institutiones fiant iusto longiores ; neue coaceruentur & ad spissam molem conuoluantur. Tantum vero abest, vt mancam atque necessariis doctrinis destitutam præcipiamus regularum breuitatem eamque laudemus ; vt potius ad eas religemus, quæ splendidis suis laborant naeuis. Si vero dicam, pauciores regulas præstare diffusioribus ac bene multis ; ne utique ex illarum numero, necessarias, sine quibus nemo ad plenam linguæ notitiam penetrare potest, regulas extrudere volo. Tribus enim nonnunquam verbis eadem possunt prædicari, quæ alias immenso verborum regularumque firmate inuolui solent. Præterea & natura magistra docti scimus, quod nimis multa præcepta cognitionem turbant & retardant ; nec non sæpius obstacula ponunt, quo minus eo, quo coepimus, feruore progrediamur. Quo pauciores ergo regulæ, eo meliores.

§. 5.

Postremo laudamus & regulas vniuersales, quæ amica  
ca bre-

ca breuitate cōnnextae, non semper sicuti arbores se iterum diffundunt in ramos, e quibus mille alii ramuli, folia fructusque, propullulant. Exceptiones enim, quae tanquam regulæ speciales venditantur, quarumque commemoratione regula dilatatur, indeque difficilior, saltim inchoantibus, redditur, plerumque nihil, nisi singulares & determinati casus vel loci sunt, qui extra laudatum, praeceptum in hoc vel illo libro prostant. Quid vero adeo magnæ vtilitatis hoc loco habeant exceptiones plane ignoro. Quid, quæso! scitu opus est דְּבַרְיִין & scribi alias דְּבַרְיִין? At enim neutiquam exceptionibus aliquid derogare videri volumus, ac si usus essent plane nullius. Quum enim notitiâ collisionis casuum singularium cum regula augeat cognitionem; idem illud etiam incrementum larga præbent manu exceptiones. Absque dubio autem grammatica non consuitur, in eorum usum, qui iam toti in lingua sunt, sed puerorum, qui prima rudimenta imbibere demum cupiunt. Hi vero si didicerint, dignoscere regulas vniuersales, facili etiam opera poterunt diiudicare voces, ab illis declinantes. Grammatica, igitur, quantum fieri potest, regulis modo sit ornata vniuersalibus.

§. 6.

Quo clarius igitur; quo distinctius; quo in maiore ordine & nexu; quo pauciores, eaeque vniuersales proponuntur regulæ: eo melior, eo facilior est methodus. §. 2-5: Præstantiam hancce maximam partem iam hætenus explicata comprobant. Notitiam enim linguae promouent breuiorique absoluunt via. Robur vero suum atque vim suppeditabunt sequentia, quæ euincunt,  
ea

ea non æque bene posse obtineri, nisi methodo, scientiis propria. Quam, si concessero, etiam optime conuenire, Grammaticæ Hebraicæ, nolim intelligi, ac si introducere vellem axiomata, theoremata, postulata & id genus plura; sed natium & genuinum scientiarum ordinem & locum habere in Grammatica Hebraica ostendere, scopus est. Et spero, fore, vt quidam saltim, in librum, & patribus acceptum, per Iouem lapidem non iurantes, mihi assentiantur.

§. 7-

METHODVM itaque SCIENTIFICAM in addiscenda lingua hebraica dicamus, „Methodum, qua omnes regulæ æque vniuersales ex certis principiis deducuntur.“ Quam hic finiimus, methodus deducit regulas suas ex principiis certis; hinc secundum ordinem §. 3. vt simul inclarescat §. 2. vnam ex altera amicissime fluere, omnesq; inter se esse connexas. Quæ vero regulæ, quum sint vniuersales, hæc vero non adeo coaceruata esse possint, nisi speciales & specialissimas habent comites; nascitur simul earum paucitas amanda §. 5. Quatuor ergo illæ partes constituunt nostram methodum.

Eandem methodum, post b. Danziam, Zopf, Rau, Bittner, alique in Grammaticis suis secuti sunt. Omnibus vero his palmam facile præripit, Oculum Doctorum Viadrinum, Celebrerrimæ Bauingarten, cuius Grammatica hebraica eiusdem methodi, lucem forsân iam diu vidisset operatam, nisi fatum plurimorum suorum scriptorum esset experta, quæ sub aliis nominibus, paucis, sed infeliciter, hinc inde mutatis; libentissime accipiuntur.

§. 8.

Principia vero quod attinet, duo potissimum hic nobis

bis

bis veniunt consideranda ; ex quibus deinde regulæ ceu fontes ex venis aquarum, sponte profiliunt. PRIMVM dicatur GENERALIVS : quoad nempe signa signorumque nexum, aequè ac partes orationis ; quodque non Ebraëæ solum linguae ; sed & omnibus reliquis linguis est commune. Cui generaliiori accedit SECVNDVM SPECIALIVS, quod scilicet Praxis Biblica suppeditat.

Praxis biblica ambitum linguae, genium, nexum signorum, constructionem, cet. monstrat. Hinc modo innuit, quantum ad *generalius* accedat *principium* ; seu quomodo ex eo fluant. Nihil ergo est, nisi subsumtio regularum ad principium generalis ; hinc cum illo partim idem.

§. 9.

Principium generalius audit : „Quo faciliiori modo signa possumus scribere atque interpretari ; eo sunt meliora ; „ merito hinc semper difficiliioribus talibus praeferenda ; quae interpretationem scriptionemque mirum in modum remorantur atque impediunt. Interpretationem enim subleuat facilis signi signorumque nexum perspicieutia. Nemo praeterea satis bene signum dignoscet, nisi ante accurate pingatur, nec non pronuncietur ; vtrumque enim hoc inter legendum parit vtilitatem, bene magnam. Lecturus scriptionem profecto subinde circa male pictas confuseque elocutas litteras & voces haesitabit, quo minus ad eum, quem intendit, interpretationis sinem perueniat.

§. 10.

Ex principio generaliiori § 8. 9. sequuntur tria subordinata principia (regulae) magni omnino momenti, cognitionem linguae hebraicæ (aliarumque) promouentia.

1) Pri-

I. Primum itaque quod exinde elicimus sequentis est tenoris: CVRA, vt faciliora reddantur, 1.) Pronunciatio in Orthoepia, 2.) scriptio, 3.) lectio in Orthographia, 4.) intellectio, quantum fieri potest. §. 9.

\* Conf. Aletheophili Epist. philos. 19, p. 51.

§. II.

Quas quatuor regulas vetustissimam S. Scripturæ linguam esse secutam, facili possumus enodare opera. Eo magis illud adstructuri sumus, vt quivis, esse has non inanes consequentias, sed suo firmo stabilitas fundamento, cognoscat. Inuenimus enim

- a) & litteras per se iam difficiles pronuntiandas, &
- b) alias in nexu cum aliis difficiles pronuntiatiu existentes; neque Dagesch forte; neque Schua simplex adsumere.

Ad prius membrum pertinent litteræ potissimum אהחע; quæ tamen toties & Dagesch & Schua simplex sibi adsciscunt, quoties elocutionem non reddunt difficilem: vt א, cum Dagesch: Gen. 43, 26. Leuit. 23, 17. cet. & reliquæ crebro cum Schua simplici, vt יאטב יעמיד יחדל יאנה &c. Posterius constituunt membrum & reliquæ, in nexu difficiles pronuntiandæ; dum ך ordinarie respuit Dagesch; reliquæ & Schua adsumunt compositum e. gr. יצחק יצחק שבלו אשקלה שבלו aliæque plures. Hinc nascitur regula: „Quoties littera, vel per se, vel in nexu cum aliis pronunciationem difficilem reddit, & amittit Dagesch; & adsumit Schua compositum.

\* Compensatio ך Dagesch non pronunciationem, sed & intellecti-  
onem facilem reddit §. 9.

§. 12. Præterea etiam, quum haud raro non solum defectus cuiusdam litteræ impediatur, quo minus æque bene sensum atque significatum vocis penetrare possimus; sed etiam *καιοφωρια*, raucum atque inconditum sonum spirans, & aures offendat, & multifariam elocutioni lectionique difficultatem struat: haec etiam, quam maxime possumus, fugiamus impedimenta. Toties proinde in Hebræorum lingua esse vitata; quoties litterarum sensusque connectio efflagitasse videtur conspicimus, eaque de causa inveniuntur Dagesch; quod duplicis utilitatis: & medium evitandæ *καιοφωριæ*, uti Lene in בגרסת; ita Forte in abiectione litterarum, unisonarum, eiusdemque formæ, se invicem sequentium: & signum cuiusvis extrusæ litteræ. Quas inter ð fere semper abiicitur, salva sensus intelligentia.

\* Huic & adnumerari potest Dagesch, quod imprimis emphaticum dici consuevit in Piel, Pual & Hithpael: utpote quod *compensatum* simul praecipitur potest.

§. 13.

Ad tertium, quod principio nostro §. 9. 10. amice suffragatur, argumentum progredimur, positum in accuratissima Hebræorum connexione Suffixorum cum aliis vocibus; cuius fere omnes reliquæ linguæ plane sunt expertes. Evidentioris sane distinctionis atque intelligentiæ causa alio modo coniugunt: 1.) Pronomina Singularia cum vocibus singularibus, 2.) Pron. Pluralia cum voc. singull. 3.) Pron. Singul. cum voc. Plur. & 4.) Pron. Plur. cum voc. Plur. §. 2.

\* in coherencia Suffixorum cum Nominibus semper est signum Nominis pluralis.

§. 14.

SECUNDVM subordinatum; quod ex principio Generaliori §. 9. fuit, sic concipito: „Caue recipias,, in seruientium numerum simplices sonos (litteras, vt „gutturales) pronuntiati adeo difficiles. „Vt enim multitudo vocum vbertatem linguæ diuitiasq; constituit; ita quoq; e contrario simplices soni (litteræ) summe necessarii in linguis desiderantur, vti arguant diuersitatem amabilemque variarum inter se sillabarum mixtionem. Earum nempe inseruiunt flexioni per casus variosque significatus. . Litteris inde seruientibus; quam maxime sit opus, patet. Sunt vero Seruientes litteræ, quæ extra,, radicales (tres apud Hebræos litteras primitiuas) in voce,, occurrunt. Quæ, quum non vni tantum voci, sed pluribus, quid? quod vniuersis earum speciebus conueniunt apud Hebræos v. c. omnibus fere vocibus: sole liquet. clarior meridiano necessitas; vt modo elegantur eæ, quæ simplicem, facilemque spirant sonum. §. 10.

§. 15.

Quo notior testatiorque principii huius euadat veritas, iterum testamur Ebræos, qui quidem, difficilioribus grauioribusque sonis principi Radicalium ordini addictis, simplicissimos tantum sonos elegerunt seruos, pronuntiationem minus tardantes, vti sunt משהוכלבאיתן.

§. 16.

Tertium. quod elicimus ex §. 9. principium subordinatum, est: „Quæuis vox, accedentibus seruilibus, tam „breuis fiat, quantum per distinctionem (& euitandam „confusionem) liceat. Vix ac ne vix quidem huic principio opus esse videtur prolixior exemplorum comprobatio, dum ipsi pro nobis loquuntur Hebræi, qui longiores vo-  
cum

cum extensiones satis caute fugiunt, si modo paullo accuratius ad incrementum sillabarum earumque mutationem attendamus. Insuper etiam, quum haud raro signum multis, iisque variis diuersisque partibus perplexum quasi atque impeditum, & difficiliorem reddit signati cognitionem; voces autem, ex litteris ceu partibus earum compositae, signa sunt significatus: eo lubentius & ex hoc fluunt veritas atque huius nostri asserti vniuersalitas.

§. 17.

Quae huc vsque commemorauimus, principia, sunt, e quibus omnes, quae saltim necessario requiruntur regulae possunt deriuari, quaeque §. 2--5. maiori exponunt luci. Pluribus adhuc quidem immorari possemus, ne vero fines huius instituti transiliamus circumscriptos; hic figamus pedem; quum praeterea haec a nobis prolata iam vberius contestantur; quam late earum pateat vtilitas. Vltimum §. 16. potissimum vtilitatis bene magna est, siquidem „illud fundamentum mutationis & sillabarum & punctorum considerari potest.“

§. 18.

Atque ex superioribus simul colligimus, illa esse principia, quibus continetur methodus Grammaticae Hebraeae scientifica. Regulae enim omnes amabili coniunguntur harmonia §. 3. mirum in modum se inuicem illustrantes. §. 2. Regularum pariter obtinet vniuersalitas quaedam §. 7. 8. memoriae nostrae optime succurrens; quo breuiori tempore, ac minore opera §. 4. ad speratam S. Codicis intelligentiam penetrare possimus. Quibus argumentis ducti; & persuasi statuimus, hanc viam addiscendae linguae sanctae, omnium vulgariarum, vt in scholis ple-

rum-

rumque traduntur, methodorum facile esse principem, conf. §. 6. Aliquantulum etiam specialius progressum conspiciemus, omnino & locum suum habere in Grammatica.

## SECTIO SECVNDA.

§. 19.

**S**ECVNDVM itaque PRINCIPIVM specialius §. 6. suppeditat vsus Biblicus : seu diligens locorum S. Scripturae sibi similium animaduersio. Petuntur exinde, tanquam ipsa lingua Hebraica, institutiones ita, ut simul per principia §. 9--16. decoram nanciscantur formam gratamq; harmoniam, ne, velut incondita moles, nauseam quandam commoueat. Principium ergo generalius §. 6. & specialius semper connectuntur, & non, nisi tumultuarie, dissoluuntur.

NB. Eo magis vero placet, haec amica coniunctio, quo magis exinde puritas atque praestantia, vel adeo vetustae linguae liquet; dum omni ex parte tota congruit principiis vniuersalibus, cuiusque linguarum communibus; vtpote quae pari felicitate in aliis linguis indefessa cura diligensque eruditorum studium huc vsque nondum inueniunt.

§. 20.

Harmoniam vero regularum vsus Biblici cum principiis, supra dictis, demonstraturi, nolumus quidem omne Grammatices conficere negotium; sed potissimum iis modo inhærebimus, quæ in locum quasi possunt substitui partis theoreticæ, reliquaue continent membra. Res igitur nostra eo redit, vt QVATVOR in primis bene ob-

C

serue.

seruemus membra quæ totum postea constituunt opus Grammatices.

§. 21.

Ac primo quidem loco necessaria videtur attendita obseruatio litterarum, quæ non nisi ope Organorum possunt distincte pronounciari. Scitu enim necessariae, vsu Biblico testante, sunt in plerisque mutationibus. Quum enim non, nisi certo quodam adhibito organo, dent sonum; hoc autem organon, cur distincte audiantur, sit ratio; hinc etiam ceu vnanimes ex matre eadem natae: Litterae vnius eiusdemque organi facile inter se inuicem permittantur. Cuius, vti probaui, mutationis ratio stabilitur in organo.

\* Natura nostræ ipsius linguae & conditio, pariter atque frequens permutatio cum lingualibus, enuncunt, esse lingualem e. gr. אָעֵר pro אָעֵר Jer. 2 נְכוֹרֵי־דָרָר pro נָצַר Isai. 49. &c.

§. 22.

Deinde litterarum quasdam interdum quiescere, vsu Biblico docti scimus. Quarum quidem variam mutationem probe notemus est necesse. Vfus enim earum, non præstat solum in Nominibus, eorum deriuatione a verbis, & coniunctione cum suffixis, vt & in verborum formatione personarum ex pronomibus, eorumque coniunctione cum suffixis, coll. §. 21. sed & in variantibus S. Scripturae lectionibus, quae vulgò MASORA audiri consueuerunt; cuius fere princeps fundamentum esse, videntur.

§. 23.

LITTERA QUIESCENS vero vocatur, quae post sonum vocalis notabiliter non auditur; MOVENDA, quae post sonum vocalis notabiliter auditur. QUIESCIT

SCIBILIS, quae quiescere potest. MOBILIS, quae mo-  
ueri potest.

§. 24.

Omnes Ebraeorum litterae possunt esse mobiles &  
mouendae; Quiescibiles & quiescentes vero non, nisi  
hae quatuor אֵי, litterae dictae quiescentes. Vfus au-  
tem Biblicus, quum nobis ostendat, toties facile quiesce-  
re, quoties modo possunt; tunc vero semper quiescere,  
quando colliduntur cum §§. 10. 8. Quiescentiam dicamus  
earum attributum s. litt. אֵי toties quiescant, quoties  
fieri potest.

§. 25.

Modus autem earum quiescendi est: Præcedenti,  
præcedentis litteræ, puncto sublato, suum ipsarum Pun-  
ctum, in locum sublato, substituunt; si aliter in eo com-  
mode quiescere possunt, sin minus adsumunt punctum  
cognatum, id est: per & post quod consona facilius est  
pronuncianda, conf. §§. 23. & 10.

§. 26.

Litteræ אֵי, quiescentes, quum notabiliter non au-  
diuntur; §. 23. 9. sæpius etiam profus abiiciuntur; atque  
ob rationem mutabilitatis; scil. quiescentiam; æque ac  
elisionem earum; sæpissime inter se invicem permutantur.  
coll. §. 21.

§. 27.

Animaduersioni huic largum quendam adiungere vo-  
lumus usum qui profuit ex §. 22 -- 26. Frustra enim rati-  
onem verborum, quæ anomala vulgo dicuntur; nisi  
ad hanc recurras doctrinam. Suppeditat omnia media,  
adhibito §. 16, quibus opus est in flexione verborum אֵי,  
אֵי

פֿ, אֵ, לֵ, הֵ, עֵ, אֵ & §. II. probe perpenſo habes & mo-  
 dum flectendi verba פֿ & ץ geminantia.

§. 28.

Tandem quatuor iſtis membris adnumeramus doctri-  
 nam de MORIS vtiliſſimam; vtpote quæ perceptionem  
 huius linguæ noſtræ reddit longe faciliorem. Quæ qui-  
 dem doctrina non male fundatur in longis breuiſque  
 Hebræorum vocalibus. Vtilitas vero eius ſe extendit,  
 non ſolum ad mutationem vocalium ſyllabarumque, ſed  
 & ad Tonum, faciliori opera dignoſcendum; quod duplex  
 alias negotium ſuis iisq; variis impeditum eſt difficultati-  
 bus. MORA eſt punctum temporis inter pronun-  
 ciationem vocalis vel Conſonæ tranſeunſ,

§. 29.

Pronunciatio vnius vel plurium litterarum ſimul  
 cum vocali efficit Syllabam. Iam vero diuerſitas longa-  
 rum breuiumque vocalium; diuerſas & componunt ſil-  
 labas; alias enim earum diſtinctio nullius eſſet vtilitatis;  
 neque eundem ſemper & quidem ordinarie occupare pot-  
 eſt locum brevis vocalis, quem habet longa & v. v. In-  
 de naſcitur diſtinctio ſyllabarum compositarum & ſimpli-  
 cium. „Compoſita eſt, vbi poſt vocalem Conſona inter  
 „legendum auditur; vbi non auditur, eſt ea ſimplex.  
 Proinde altera, in ſyllaba ſimplici; altera, in compoſita  
 eſſe debet vocalis. Invenimus etiam, in ſimplici ordina-  
 eſſe longam; in compoſita breuem.

§. 30.

Vocalis longa plus temporis in pronun-  
 ciando requirit, quam brevis, mora iam adfecta §. 28. Ergo longa vo-  
 calis duabus gaudet moris; nec poſt illam auditur con-  
 ſona §. 29.; ergo nec mora §. 28.; illa vero conſona, qua-  
 cum

cum simul sillabam efficit, pronunciatur; hinc illa moram habet. „Sillaba igitur simplex habet tres moras.“ In Sillaba composita occurrunt duæ consonæ, altera ante, altera post vocalem, eamque breuem §. 29. quarum quæuis una tantum mora sigillatim effertur §. 28. Ergo, sillaba composita, indeque: „Quæuis sillaba habet, tres moras.“

Obf. Meheg adstrictum, quum sit signum, lectionem citam quasi paulisper inhibens; ergo plus temporis in pronunciando sillabæ simplici attribuens; potest compensare defectum moræ; §. 28. sin etiam modo sit subintelligendum.

§. 31.

Vd usum huius doctrinæ propius accessuri inuenimus; in ea semper sillaba esse Tonum, vbi non sunt tres moræ e.g. פֶּלֶן penultimam efficit acutam; sed פֶּלֶן vltimam cet. Si vero sillabæ, quoad moras, sunt æquales, vel litteræ אהי habent Tonum \* vel voces sunt formæ פֶּרֶן &c. est in penultima tonus.

\* Illud comprobant exceptiones tonicae in Grammaticis occurrentes vbi tonum פֶּרֶן, in verbis apocopatis, nec non asyllabicis פֶּרֶן &c. attribuunt tonum, quæ omnes sunt litterarum אהי. Aequus rerum iudex sane his erit contentus: Quæ enim exceptiunculae in contrarium nobis obiciuntur aduersariæ, facile ex usu addiscendi Paradigmati & nominum & verborum possunt hauriri, conf. §. 5.

§. 32.

Voce præterea crescente, vel ab initio vel fine, crescunt & sillabæ, itaque vox fit longior, hinc est minuenda §. 16. Si vox abbrevianda est, pauciores fiant sillabæ est necesse, ergo & pauciores vocales §. 29. quæ in Schua transeunt. Quorum postea plurimum concurrentium prius mutatur in vocalem breuẽ. Præterea sillabarum mutata-

D

tata-

tatarum constitutio sequitur §. 28--30. Hæc est Summa mutationis vocalium.

## §. 33.

Ultimo denique loco hebraicæ linguæ promouetur notitia multoque redditur facilior, si probe perpendamus mutationes litterarum seruilium §. 14. Nomine, Seruilium & seruientium hæc veniunt; quia reliquæ nequeunt seruire §. 14. hinc sunt semper radicales; illæ non, nisi quadam conditione; sunt ergo modo radicales Hypotheticæ, si nimirum eundem non occuparunt locum, quo alias plerumque seruire solent.

## §. 34.

Serviles radici iunguntur, §. 14. 33. [vel necessario: pertinentes ad determinatum vocis eiusdem significatum ita, vt demtis illis dematur simul eiusdem significatio vel non. In priori membro nominantur ab initio, PRAEFORMATIVAE, a fine SVFFORMATIVAE. In posteriori ab initio PRAEFIXAE; a fine SVFFIXAE. (affixæ.)

## §. 35.

Seruiunt vero non omnes promiscue vno eodemque loco, sed suum sibi quæque locum vendicat. Ita cognoscimus seruire. a) ab initio tantum אבליש, b) ab initio & fine simul: רמכן g) ab initio, medio & fine (vbique): ית adhibito, §. 9.

## §. 36.

Abiectio litteræ geminantis atque unius eiusdemque difficilis soni se inuicem sequentis vna cum Nun schevato §. 12. nec non litteræ ארוי §. 23-27. vt & seruiles §. 33-35. sunt fundamentum totius vocum Hebraicarum analyseos. Abiectis enim a principio אבליש, vel רמכן; in

in medio תי; & a fine תי; vel המכן; vel apparent tres Radicales; vel duæ; vel vna tantum; & deficit vel נ; vel media geminata; vel vna litterarum אהי.

§. 20.

Omni vero instituto nostri facturi satis, monendum adhuc videtur aliquid de Schua, ne quis infesto nos iugulaturus telo infurgat, obiiciendo : sæpius plures vna consona in sillaba simplici occurrere; pluresque duabus in sillaba composita; hinc assertum nostrum de moris §. 28-31. neutiquam valere. Cui respondemus : Schua modo, esse signum seu medium, duas personas ita citissime corripiens, vt in pronuntiatione quasi, vna, sonent. Hinc consonæ per Schua, potissimum mobile, coniunctæ, vnam tantum moram efficiunt §. 28. 30. Schua dicitur MOBILE, in principio cuiusque sillabæ; QUIESCENS, in fine.

§. 38.

Habes, *Benevole Lector*, quas adstruere volui, animaduersionulas, omnem, me quidem iudice, cognitionem Grammatices absolventes, si nimirum flexionem tam Nominum quam verborum spectas, quippe quæ optime ex iisdem possunt deriuari. Hoc etiam loco experientiam possemus testari, hancce viam non esse folius speculationis; sed eiusmodi praxeos; quæ animo sollerti breuiori tempore exactam Si Codicis notitiam adfert; quam vero instituti ratio vetat, quo minus longiores simus, hic faciamus finem.

\* \* \* \* \*

**E**t quoniam ille dies, qui solemniori dicatus esse consuevit Examine scholæ nostræ iterum appropinquauit optatissimus: pauca quædam adhuc subiicienda putauit, quibus potissimum occupabuntur ii, quorum formatio morum ingenique mihi est tradita.

Qui sunt :  
Martinus Andreas Ludouicus Nordmann, Girschleben-Cotheniensis.

Hen-



Henricus Guilielmus Bramigk, Coth.  
 Carolus Fridericus Guilielmus Rindfleisch, Coth.  
 Christianus Theophilus Rindfleisch, Coth.  
 Carolus Leopoldus Vierthaler, Coth.  
 Christianus Georgius Gœsche, Coth.  
 Christophorus Lebrechtus Bœntsch, Coth.  
 Carôlus Ludovicus Augustus Schlichter, Coth.  
 Christianus Theophilus Nordtmann, Coth.  
 Henricus Dâuid Theophilus Blei, Coth.  
 Philippus Andreas Pfizzau, Cothen.  
 Carolus Ludovicus Hermann Guilielmus Lobethan, Coth.

Qui inter se colloquendo repræsentabunt *Historiam Antiochi*, in libris Maccabæorum obuiam; ubi personæ occurrunt sequentes:

- |  |                                    |
|--|------------------------------------|
| 1) Antiochus, Rex.                                 | 6) Gorgias Duces Antiochi.         |
| 2) Hypocritus, gentilis Sacerdos.                  | 7) Philippus Antiochi a consiliis. |
| 3) Lysias, Regnum, discedente Antiocho, gubernans, | 8) Iason, Auctor cordis Iudaicæ.   |
| 4) Ptolomæus, Summus exercituum præfectus,         | 9) Iudas Maccabæus.                |
| 5) Nicanor &                                       | 10) Simon, eius frater.            |
|  | 11) Salma.                         |
|  | 12) Pharas.                        |

Tres Actus absoluunt historiam hanc tragicam; quorum semper quisque lectionem excipit; nec est; quod dubitamus fore, ut & laboribus quibuscuque his nostris, assensum suum largiantur, cum li, Quos ea, quæ par est, veneramus reverentia, Quorumque cura Schola nostræ salus floret; tum etiam, Qui conamina Musarum, præsertim nostratum amore suo amplectuntur. Quibus fretus non solum omni nostra observantia *Dignissimos Inspectores & Patronos*; sed & omnes litterarum *Fautores atque Amicos* etiam atque etiam vehementer rogamus nec non oramus, velint frequentes hunc actum nostrum celebrare atque ornare. Quorum omnium beneuolo animo qualescunque nostros labores de meliori commendamus.



147 669

W18-3

ULB Halle

3

008 551 707



5b.

R





2

1760.

METHODVM SCIENTIFICAM

ADDISCENDAE

LINGVAE HEBRAICAE

ESSE VIAM FACILLIMAM NEC NON OPTIMAM,

PROBAT,

ATQVE

VIROS

GENEROSISSIMOS SVMMEREVE-

RENDOS, PRAENOBILISSIMOS, CON-

SULTISSIMOS AMPLISSIMOS

MAECENATES ATQVE

HONORATISSIMOS,

ER ATQVE

VM FAVTORES ATQVE

PECTATISSIMOS

AD

ANNVVM

DAE DISCIPVLI SVBIBVNT

DCC LX. HOR. MAT. 9—12.

SSIME INVITAT

GVSTVS MILLING,

CONR.

THENH,

HOENDORFIANIS.

